fuiſtis eius colloquio parti-
cipaſtis cominus firmati
fuiſtis benedictionibus in-
ſuper et virtutibus iocundati
Sufficiat nobis iſta cum nos
liceat auferre uel cadauer
exanime. Adhec turonici
reſpondebant. Si de virtutibus
nos facta ſufficere dicitis
ſtatote quod nobiſcum poſitus
amplius eſt quam hic operatus
Nam ut pretermittamus plu-
rima nobis ſuſcitauit duos
mortuos vobis vnum. Et ut
ipse ſepe dicebat maior ei
uirtus ante epiſcopatum fuit
quam poſt epiſcopatum. Ergo
neceſſe eſt ut quod nobiſcum
non impleuit viuus expleat
uel defunctus. Vobis eſt enim
ablatus nobis a deo donatus
Verum ſi mos antiquitus in-
ſtitutus ſeruatur in urbe qua
ordinatus eſt habebit deo
iubente ſepulchrum. Certe
ſi pro monaſterij priuilegio
cupitis vindicare ſtatote quia
primum ei monaſterium cum
mediolanenſibus fuit. His
ergo litigantibus ſole vrgente
nox clauditur corpusque in me-
dio poſitum ab vtroque populo
cuſtoditur futurum ut mane

facto a pictauis per violentiam
auferretur. Sed deus omnipotens no-
luit urbem turonicam propo-
ſito fruſtrare patrono. Denique
nocte media omnis pictauorum co-
hors facile opprimitur nec
vllus ſuperfuit qui ex illa
multitudine vigilaret. Igitur
ubi turonici eos conſpiciunt
obdormiſſe apprehenſa ſanctiſſima
glebam alij per feneſtram
eiciunt alij a foris ſuſcipiunt
Poſitaque in naue cum omni po-
pulo per viennam fluuium
deſcendunt ingreſſique ligeris
alveum ad urbem turonicam
cum magnis laudibus pſalle-
ntes dirigunt. Comitatum de
quorum uocibus pictaui ex-
pergefacti nichil de theſau-
ro quem cuſtodiebant habentes
cum magna confuſione ad pro-
pria ſunt reuerſi. Quod ſi
quis requirit cur poſt tran-
ſitum graciani epiſcopi unus tantum
id eſt lidorius vſque ad ſanctum
martinum fuiſſe nouerit
quod obſiſtentibus paganis
diu ciuitas turonica ſine
benedictione ſacerdotali fuit.
Nam chriſtiani qui eo tempore
uidebantur occulte per latebras